Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25973
Copyright: Admont, Benediktinerstift

intellectuale creatura quæ facta est ad imaginem dei per quam uelut speculum quantum posset
si posset certum trinitatem dei in nostra memoria intelligentia uoluntate. Quæ tamen in sua
mente naturaliter diuinitus instructa quisquis uiuacem perspicit & quam magnum sit in ea unde
potest etiam sempiterna immutabilique natura speciem recolere concipere reminiscere per memo
riam tenere per intellegentiam apprehendere per dilectionem. profecto repetit illius summe trinitatis
imaginem. Ad quam trinitatem summam rem in secunda uidenda diligenda ut ea recordetur
ea contemplet ea delectetur totum debet referre quantum. Verum ne hanc imaginem ab
eadem trinitate facta & suo uicio in deum commutata tota eidem comparet trinitati ut
omnino existimet similem. si potest in quicumque ista similitudine magna quamuis dissimi
litudinem cernat. De similitudinibus trinitatis diuinæ quæ in natura mentis ad
imaginem dei facte reperiuntur quæ potest esse.

XXI. Quantum satis esse uidebatur admonuisse de imagine dei facta reperiuntur quæ potest esse
sane dei patrem & dei filium id est dei genitorem quoniam quæ substantialiter est
in coeterno sibi uerbo suo dixerim quidam. & ipsum uerbum eius dei quoniam nec plus nec minus aliquid
est etiam ipse substantialiter quod est in illo quoniam uerbum non mendacem sed ueracem genuit
quemadmodum potuit. non ut illud ita facie ad faciem sed per hanc similitudinem in enigma
te quantulucumque conniuendo uideretur in memoria & intelligentia mentis nostre sig
nificare curauit. memorie tribuens id quod seipsum etiam si non inde cogitem intelligen
tiae uero propterea quia cogitatio insit informationem cogitando enim quod uerum inuenimus
hoc maxime intellegere dicamur. & hoc quidem in memoria rursus relinquimur sed illa est
abstrusior profundita nostre memorie ubi hoc etiam primum cum eo cogitaremur inue
nimur. & quisquis tamen uerum uidet quod nullus longe sit tanquam scientia de scientia & vi
sio de visione. & intelligentia quam apparet in cogitatione de intelligentia quam in me
moria iam fuerat sed latebat. quamquam & ipsa cogitatio quandam suam memoriam non
habet nisi reuertatur ad ea quae in memoria reliquerat cum alia cogitaret. De spiri
tu autem sancto nihil in hoc enigmate quod ei simile uideretur ostendi non uoluntatem nostram
uel amorem seu dilectionem quae uoluntas nostra quoniam uoluntas nostra quoniam nobis
naturaliter inest sicut ea res ad quam uenerunt uel occurrerunt quibus allicimur aut offendimur